

qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & praelaturas illi precipue eligantur, qui possint, & consueverint regulas Ordinis, & Constitutiones observare, praesertim quae pertinent ad servitium Chori, ac vestitum, & vicium communem.

37. Eligantur in Capitulo Generali, vel provinciali aliquot graves, & periti ex Fratribus cujuslibet Provinciae saltem tres, qui admittendos ad praedicationem verbi Dei, vel audiendas confessiones etiam ipsorum Fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad hujusmodi ministeria admittantur. Horum etiam cura sit examinare, & probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores, promovendos ad quoscumque Ordines, in quo fervetur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilii Tridentini hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38. Illud porro Superiores omnes in Domino admonemas, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso: ac propterea omnifido invigilent, ut quae in eorumdem Ordinum Regulis, & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, & jejunis, capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur: intelligatque super his veluti fundamentis omnium Religionum aedificia construenda, & amplianda esse, quae ut faciliorem exitum fortiantur, & fructus uberiores in animis Fratrum producant valde opportunum erit, si in quolibet Conventu, singulis hebdomadis, habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique observantia.

39. Quo vero omnia ordinate peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo uniuscujusque Conventus, in qua distincte adnotetur, qui d singulis horis cujusque diei quilibet Frater praestare debeat, ut certo quoque signo praemonitus, majore animi preparatione suo muneri satisfacere possit. Quae Ordinis Constitutiones his Decretis non adversantur, inviolate custodiendae erunt.

40. Quibus horum Decretorum capitibus certa poena praescripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati superioris infligatur. Ut autem haec Decreta (donec alia, quae pleniorum reformationem faciant, edantur) ab omnibus observari possint, districte praecipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter eorumdem Constitutiones perpetuo valituras redigi, interdista omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciant, se in poenam Generalatus, & Officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuae ad alia quoque munera ipso facto, & sine ulla exceptione respectiva incidisse.

41. Ne vero pretextu dilatae publicationis eorum observatio quoquomodo dif-

ferti possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cujuslibet Ordinis de Urbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, ceterosque quoscumque Fratres praesentes statim; reliquos vero absentes citra montes, unius mensis, ultra montes trium mensium spatio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42. Insuper mandamus, quod Generales in Conventibus citra montes, unius mensis, ultra vero montes, trium mensium curso Decreta supradicta publicari faciant, sub poena privationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 25. mensis Junii 1599.

Dat. die 25. Junii 1599.

Aliud Decretum de licentia obtinenda a Fratribus Romam venientibus.

Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permittitur, Sanctitas Sua extendi ad Provinciales decrevit: ita ut Provincialis ipse ex causa communi totius Provinciae dumtaxat facultatem hujusmodi facere valeat: declaravitque poenam privationis vocis activae, & passivae contrafacientibus infligendam Sanctitati Suae reservatam esse: interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi.

Datum Romae die 10. Martii 1601.

Dat. die 10. Martii 1601.

Aliud Decretum super casuum reservatione ab omnibus Regularium Superioribus observandum.

Sanctissimus Dominus noster, qui jam pridem accurate perpendit, ac re ipsa comperit, quod reservatio facultatis absolventi Religiosos poenitentes a peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superioribus admodum prudenter, ac moderate illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere posset in aeterna damnationis periculum, & spiritualis remedium desperationem:

§.1. Ideo, ut huic malo Sanctitas Sua opportune prospiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis iis, quae sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverint.

1. Veneficia, Incantationes, Sortilegia.  
2. Apostasia a Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenerit, ut extra septa Monasterii, seu Conventus fiat egressio, nocturna, ac furtiva e Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

3. Proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale, juramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

4. Procuratio, auxilium, seu consilium ad

ad abortum faciendum post animatum fecit, etiam effectu non sequuto.

5. Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus, Factum de rebus Monasterii, seu Conventus in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

6. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

7. Occasio, aut vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personae.

8. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

9. Si quod aliud praeterea peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientiae puritate reservandum videbitur: id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia matura discussione, & consensu.

§.2. Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab eis petierint.

§.3. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate praediti, qui a non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius judicaverit.

§.4. Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.

§.5. Licet tamen Superioribus determinare poenitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis a Confessariis imponendas, quae subditos ab hujusmodi perpetrando cohibere possint.

§.6. Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, quicumque illi sint, observari mandavit.

§.7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cujusvis Concilii, etiam generalibus decretis, necnon consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore observatis, aut regulis in generalibus, seu provincialibus capitulis editis, statutis, & Constitutionibus etiam apostolica auctoritate confirmatis, privilegiis, indultis, & concessionibus quorumcumque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Petrum die 26. mensis Maii Anno Domini 1593.

Dat. die 26. Maii 1593.

Sanctitas Sua deinceps declaravit, & declarat, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus alicujus reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illa vice poenitentes Regulares, etiam non obtenta a Superiore facultate, absolvere.

Aliud de Formula concedendi facultatem pro Novitiis ad regularem habitum recipiendis in Monasteriis, & locis designatis.

Sanctissimus in Christo Pater D. N. D. Clemens divina providentia Papa VIII. cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum revocare maxime cuperet, regularesque omnes vitam, moresque suos ad rationem ejus instituti, quod quisque professus esset, ita componere, ut quae ad votorum vim, habitum, viciumque communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissime observarent, generali decreto, quod de mense Julii editum, tertii Julii anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Novitios recipient, aut quemquam ad professionem ante admitterent, quam a Sanctitate Sua Monasterii aliquot ad eam rem praescripta esset, in quibus observantia regularis vigeret.

Nunc vero eadem Sanctitas Sua a locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandaverat, certior facta, infrascriptis Monasteriis, & Conventibus Ordinis N. praefinitum esse numerum dumtaxat eorum, qui vel ipsius Monasterii censibus, vel consuetis elemosynis sustentari ibi commode possunt, atque in iis omnia fideliter observari, quae sunt cum illorum professionis perfectione conjuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiae vota, una cum ceteris decretis particularibus, vel Instituti ipsius, vel Pontificis etiam ad vicium, vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, ut supra edito, & promulgato nequaquam obstante) potestatem facit Superiori ejusdem Ordinis Novitios in infrascriptis Monasteriis, & Conventibus erigendi, & Novitios recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modo tamen id ad praescriptum instructionis iusti Suae Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam vero ea est Suae Sanctitatis mens, & voluntas, ut in Monasteriis, & Conventibus ad alendos Novitios praefinitis, regularis observantia perpetuo retineatur, mandat, & praecipit, ut in ipsis praescriptus jam personarum numerus in posterum fervetur, nullusque omnino Superior cujusvis conditionis personarum, & Novitiorum, numerum augere praesumat, ea poena proposita, ut in omnibus privatus officii, vocis activae, & passivae jus omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua, hujusmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apost. hoc Decreto Secretarii manu subscripto concedi, non obstante Decreto, ut supra promulgato.

Datum

applicationes, appropriationes, ceterasque tam illarum, & Cancelliarum, five bancharum civilium, & criminalium, ac Secretariarum, & illarum emolumentorum, quam bonorum, & jurium ejusdem Camera, cujusvis qualitatis, & quantitatis gratias, & concessionem, in præjudicium ipsius Camerae catenus concessas, & factas.

Et indulta ex testandij seu menta, & alia hujus generis revocavit.

§.5. Et in altera omnia, & singula, ac quaecumque privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, & alia, tam Annonam, quam Grasciam concernentia, etiam in propriis eorum prædiis, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta ex quibuscumque Status nostri Ecclesiastici temporalis Provincias, ac Civitatibus, Terris, Castris, & Locis, eorumque Territoriis, & Districtibus Nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate quomodolibet subjectis extrahendi similiter catenus concessa, præterquam quoad aliqua tunc expressa, ac alias modo, & forma in eisdem Constitutionibus, & Literis desuper expeditis, contentis, revocaverit, & Prædecessorum suorum prædictorum Constitutiones, Ordinationes, & Literas desuper expeditas, & omnia in eis contenta perpetuo approbando, confirmando, & innovando, illas, & illa, ex tunc de cetero observari mandaverit, ac frumenta, blada, legumina, oleum, animalia, & alia prædicta extra Statum Ecclesiasticum extrahi sub excommunicationis, & aliis gravissimis penis de novo expresse prohibuerit.

Et sub hujusmodi revocatione etiam loca S. A. mediate subiecta comprehendendi voluit.

§.6. Et postremo idem Paulus Prædecessor ad tollendam omnem dubitationem super ultimodicta Constitutione excitatam per suam Motus proprii cedulam die vigesima sexta Augusti Anni Domini 1626. publicatam sub ultimodicta ejus Constitutione quaecumque loca Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate subiecta comprehendendi, & comprehensa fuisse, & esse declaraverit, & quatenus opus sit, illam cum omnibus in ea contentis ad loca prædicta extenderit, & ampliaverit, prout in eisdem Constitutionibus, & cedula latius continetur.

Nonnullæ tamen exemptiones postea ab aliquibus extortæ sunt.

§.7. Nihilominus, cum acceperimus nonnullos contra dictas Constitutiones, & Literas easdem, immunitates, exemptiones, privilegia, extrahendique facultates, & gratias, quæ antea eis concessa fuerant, confirmari, & innovari, ac in pristinum statum restitui, ac respective tam ipsos, quam alios, etiam Communitates, Universitates, Collegia, & loca diversa, & forsitan majora, & etiam quod in quibusdam Provinciis, Civitatibus, & locis spolia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum ecclesiasticarum fieri, & colligi non possint, alia privilegia Sedi, & Camerae prædictis, Romanique Pont. supremæ potestati, ac ejusdem, & Sedi, & Romanæ Curie dignitati, & auctoritati præjudicialia sibi dari, & concedi impetrasse, & obtinuisse, seu potius extorsisse.

Urbanus hujusmodi per-

§.8. Nos pro debito pastoralis officii, hos, & alios abusus, & corruptelas, nec-

non damna, & præjudicia, quæ circa præmissa hætenus irreperunt, & facta sunt, ac quotidie augentur, & fiunt, e medio tollere volentes, Motu proprio, non ad alicujus super hoc Nobis oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione nostris, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura Constitutione, in primis omnes, & quascumque ad quavis officia, & munera, etiam Collegialia, etiam Militaria, ac etiam venalia, tam perpetua, quam temporalia Sedis, & Camerae Apostolicæ, ac Romanæ Curie, & tam in Urbe, quam extra eam, & in quibusvis, etiam Avenionem, Bononiam, Ferrariam, Beneventan., aliisque Civitatibus, Terris, Locis, Dominiis, & Regnis, & ad Nos, Sedemque prædictam, nostramque, & ejusdem Sedis collationem, concessionem, & deputacionem quomodolibet pertinentiam, coadjutorias, & coadjutorum quorumcumque deputaciones, constitutiones, necnon eorumdem officiorum, & munerum ad vitam plurium personarum, seu aliud tempus vitam cujusque illa obtinentium excedens, concessionem, confirmationem, & prorogaciones, etiam in remunerationem laborum, meritorum, ac etiam prætextu expensarum factarum, damnorum passorum, ac illorum intuitu, aut ex quavis alia causa, per quosvis Prædecessores nostros Rom. Pont. Sedemque prædictam, & illius Officiales, etiam motu simili, & cum quibusvis decretis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis quomodolibet ad favorem quarumcumque personarum factas, & concessas, veluti quamdam imaginem hereditariæ successiois reprehendentes, ac dictæ Sedi, bonoque publico, ac ipsis officiis perniciosas, & quascumque Literas, etiam sub plumbo, & in alia quavis forma expeditas cum omnibus inde sequutis, quæ hætenus tamen per obitum illa obtinentium, aut aliam quamcumque vacationem effectum fortitæ non sunt, necnon quoad illarum perpetuitatem, quascumque concessionem, confirmationem, extensionem, seu prorogaciones ad vitam officiorum, & munerum quorumcumque præsertim negotiorum, & pecuniarum dictæ Camerae administrationem, vel causarum civilium, seu criminalium cognitionem, avocationem, defensionem, seu etiam procuracionem, & sollicitationem concernentium ad collationem, concessionem, & deputacionem scilicet pro tempore Romani Pontificis, Sedi que prædictæ spectantium, quæ a primæva eorum erectione, seu ex inveterata consuetudine perpetua, & ad vitam concedi solita, seu collegialia non sunt, ac etiam ea, quæ extra Romanam Curiam exercentur, per quoscumque Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac Nos, Sedemque prædictam ex quavis causa, etiam Motu simili, & ex certa scientia, & de simili potestatis plenitudine in favorem quarumvis personarum, cum quibusvis decretis, & clausulis etiam insolitis, & derogatoriis derogatoriis, & aliis quomodolibet

petitatum, & coadjutorias concessionem revocat.

libet factas revocamus, ac irritas declaramus, itaut in re, vel ad rem, five in possessorio, five in petitorio, etiam si ad plures actus positivos, & possessorios devenit fuerit, coadjutoribus, & deputatis acquisitum jus dici, aut censeri non possit, sed officia, & munera prædicta libera sint, & remaneant, ac ut prius libere conferri, & concedi possint, æque ac si coadjutoria, & coadjutorum deputaciones, & constitutiones, ac eorumdem officiorum concessionem, extensionem, & prorogaciones minime factæ fuissent, ac in futurum coadjutorias, & coadjutorum deputaciones, constitutiones, ac officiorum, & munerum prædictorum ad plurim, vel unius vitam contra primævam eorum naturam, & antiquam consuetudinem, concessionem, extensionem, & prorogaciones quascumque hujusmodi tamquam apprime præjudiciales, ac Reipublicæ, bono gubernio damnosæ reprobamus, ac imposterum fieri prohibemus.

Officio- rum que omnia, que retum. Cameralium administratio- nem adnexam habent, collationem sibi, & successores revocat.

§.9. Quinimo omnia etiam, & singula officia, seu munera tam in dicta Urbe, quam extra eam, & in quibusvis Regnis, & Dominiis consistentia, pro quibus salariorum de pecuniis Camerae nostræ prædictæ persolvuntur, seu quæ negotiorum, vel pecuniarum Camerae prædictæ administrationem, vel causarum tam civilium, quam criminalium cognitionem, avocationem, defensionem, procuracionem, seu sollicitationem habent, per quosvis etiam Sedis Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ officiales, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos conferri, seu concedi solita (non tamen ea, quæ ab initio venalia, vacabilia, & perpetua legitime erecta ratione officiorum majorum, quæ obtinent, eis specialiter assignata, seu concessa sunt, in quibus aliquid innovare non intendimus) nostræ, Romanorumque Pontificum Successorum nostrorum dispositioni ita reservamus, ut ex nunc in perpetuum, & quodcumque illa a Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus ad nutum quibus libuerit, quibuscumque deputacionibus, & concessionibus per officiales etiam Cardinales, & Legatos prædictos quibusvis personis, quomodolibet hætenus factis, & imposterum forsan faciendis, minime obtin. dari, & concedi possint.

Concessionem contra hanc Constitutionem si quas fieri contingat, obreptionem, & nullasque declarat.

§.10. Cum Nos ab omnibus officiorum coadjutoris, & coadjutorum deputacionibus hujusmodi, nec non ab eorumdem officiorum, & munerum ad vitam plurium personarum, five etiam unius contra eorum primævam institutionem, seu antiquam consuetudinem concessionibus, deputacionibus, confirmationibus, & prorogacionibus de cetero abstinere intendimus, & quæ Nobis licere non patimur, ac videntur incongrua, & præjudicialia, Successoribus nostris Romanis Pontificibus etiam indicamus, & sic neque eosdem Successores nostros Romanos Pontifices similia concessuros esse arbitremur; ob id omnes, & quascumque similes, vel dissimiles concessionem, deputaciones, confirmationem, extensionem, &

prorogaciones, quæ contra præsentium formam, & tenorem a Nobis, & Successoribus nostris prædictis quodcumque (quod non credimus) emanarent, per subreptionem, obreptionem, ac præoccupationem potius extortas, quam obtentas, ac nullas, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse censeri, neminique suffragari posse, vel debere, æque ac si factæ, & concessæ non essent, decernimus, & declaramus.

§.11. Præterea pro indemnitate Camerae nostræ, ac ubertate Annonæ, & Grasciæ, tam in Urbe, quam toto Statu Ecclesiastico conservanda, prædictorum Pauli Quinti, & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, illorumque Constitutiones etiam opportune extendentes, motu, scientia, & potestate similibus omnes, & quascumque immunitates, & exemptiones, a solutione subsidij triennalis, quaterni carnis, taxarum equorum, talliarum, censuum, Archivii, foglietta, triremium, utensilium, necnon dohanarum, gabellarum, dationum, taxæ Portus Anconæ, quaternorum, tractarum, & aliarum impositionum, & onerum Cameralium, & etiam eorum, quæ per Communitates, & Universitates pro eorumdem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione, ac pro viis, & pontibus construendis, & manutenendis, seu alias indicta, & imposita, ac exigi solita sunt, ac etiam recipiendi, & hospitandi Milites, & Sedis Apostolicæ Officiales, Barigellos, Exequutores, aliosque Justitiæ Ministros, etique utensilia alia necessaria subministrandi, ac aliorum quorumcumque tam realium, quam personalium, seu mixtorum, ordinariorumque, & extraordinariorum quorumcumque.

Revocat etiam exemptiones ab oneribus Cameralibus, Communitativis &c.

§.12. Nec non omnia privilegia localia, ne scilicet in quibusdam Civitatibus, locis, & Dominiis temporalibus, etiam Avenionem, Bononiam, Ferrariam, Beneventan., seu aliis Provinciis, Civitatibus, & Locis, etiam privilegiatis, & speciali nota dignis (non tamen in Urbe prædicta, & ejus districtu, præter, & contra formam Constitutionis ejusdem Pauli Prædecessoris in favorem Curialium, & Incolarum, dictæ Urbis editæ, quam in robore permanere, & omnino servari volumus) Archiepiscoporum, & Episcoporum, & aliarum personarum ecclesiasticarum spolia fiant, & colligantur, Commissarii, & Collectores spoliarum, & jurium dictæ Camerae debitorum in eis non retineantur, vel ad ea non transmittantur, seu in illicita negotiationis, dispositionum contra Constitutiones piæ memoriæ Pii Papæ Quinti, etiam Prædecessoris nostri in illegitimos factarum, apostatarum, & clericorum extra residentiam decedentium, seu aliis causis non procedatur.

Atque etiam a spolis.

§.13. Ac omnes etiam, & singulas provisiones, assignationes super Camerae prædictæ redditibus, & juribus, penarum quoque, malefactorum, & introituum applicationes, appropriationes, necnon Cancellariæ

Assignationes que in urbe Camerae redditis, Officiis, Tribunalibus.

tem impedire consueverunt, quam longissime alieni, & tales demum, qui in omnibus seipfos honorum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum cura subfunt, illos non tam metuant, quam revereantur, nec illis unquam detrudere quicquam possint.

Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Novitiorum instructionem, ac Novitiatum regimen, ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque præcipue divinam, quæ digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit, atque perfecta, votorum solemnium, & quam necessaria cujusque Ordinis Constitutionum observantia, modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuose perscrutandi, illicitas passionem, & vitia, ad quæ natura per peccatum habefactata omni tempore prona est, atque proclivis, per sensum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, jejunia, cilicia, disciplinas, conscientia puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præferim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat, per apositionem quotidianam motuum interiorum cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa villiora ministeria per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat unusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi a Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorumdem Novitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro nocturnis, diurnisque divinis Officiis assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Novitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsentem, vel focio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti, atque eo tempore cujusque, inquam natura feratur, propensionem scrutentur.

Non liceat, durante Novitiatu, & probationis tempore una cum Professis nisi in Choro, & in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo causa refectionis commorari, nec permittatur, eis Professos domo exeuntes comitari.

Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus quæ accidere possunt, unus

ex Novitiis ipsis ætate, moribusque provectior deputetur, qui absente focio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat, cui etiam janua custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene instituendorum cura debeat esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit præmittenda, quin potius æquanimitè amplexanda: quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eandem, perfectam educationem tum Religioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christianis ædificationem, exemplum atque utilitatem afferre; Conversis ipsis a Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locus ( quantum commode fieri poterit ) assignari præcipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conventuum juxta cujusque Ordinis Statuta, & Constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt, a quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat, ad Capitula, & spirituales Conciones, quæ per Magistros Novitiorum fieri solent, accessiri debeant, & in Ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapso, ita tantum, qui non solum religiosa perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti, novo, ac diligenti examine reperti fuerint ( dummodo ætatis suæ annum quoad Clericos decimum sextum, quo vero ad Conversos vigesimum primum exceperint ) ad professionem admittantur: Sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint ad Clericorum statum transire etiam durante tempore probationis, non possunt.

Superior cujuslibet Conventus, in quo Novitiatu fuerit constitutus, particularem librum habeat in quo Novitii professio registretur, illamque Novitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentem fuerint, subscribant.

Conversus vero Literarum ignarus professus, in eorumdem testium, qui se subscripserint, præsentia, propria manu signum Crucis apponat, aserveturque liber, & custodiatur in Archivio, ubi scriptura ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, ut Novitiis educandis certa Monasteria, aut Conventus designata quilibet Ordo habere debeat; licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum hujusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus est, eos, quos prænaratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios, juxta cujusque Ordinis constitutionem

tiones adscribere, sicque adscriptos, cum juxta præfatas Institutiones, & alias servatis servandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiatuum cum testimonialibus Literis transmittere, ubi tanquam ditorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, eorumdem nomine, & instantia recipi, ac in Novitiatu probari, & deinde, antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis hujusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, ut permillum est, exerceri debebunt.

Porro, ne loca unius Monasterii, seu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut Provincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem ( si opus fuerit ) inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Ut autem Novitii jam in Professorum numerum ( sicut præmittitur ) recepti, melius in bono spiritu, regularisque disciplina observantia stabiliantur, & confirmantur; mandatur, ut statim post professionem, emissam, si in Conventibus, aut Monasteriis pro Novitiatibus assignatus locus adierit secundi Novitiatu, sive Professorii, ab eâ, quæ Novitiorum est, atque antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium aut Conventus eos alere queat, sin minus, in alio commodiorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Novitiatum supranarratis reperitur, vel accomodetur, aut de novo construatur.

Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ suarum Constitutionum, seu institutorum vigore majoris temporis cursu novos professos intra Novitiatum detinere consueverunt, quibus in hac parte non derogatur: illis tamen permittitur, ut prædictis earum Constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id rationi, ac Religioni magis expedire judicaverint, quibus in locis degant sub regulis, & modo vivendi adhuc æstiori, quam servant antiquiores professi: ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicujus exterioris obedientie officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem devenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimmo & debebunt, Literarum studiis operam navare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quod propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Novitios in locis, nisi Novitiatu designatis, aut imposterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine superiores sunt, & alii, ad Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt privationem, gravioreque pro modo admittæ culpæ poenas se subituros certo sciant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 19. Martii 1603.

Ant. Seneca Reformationis Apost. Sec.

Anno 1624. Indictione 7. Pont. autem Sanctiss. Domini N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Anno ejus Secundo, die vero vigesima sexta mensis Octobris, supradicta Decreta tam Sacra Congregationis Concilii, quam san. mem. Clem. VIII. assida, & publicata fuerunt ad vobis Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, nec non in acie Campi Floræ, ut moris est, per vos Camillum Fundatum, & Julium Marzittellium Cursores Sanctissimi. Brandimartes Latinus Pro Magistro DD. Curf.

LXXVIII.

Declaratur Indulgentias Cruciatæ Regnorum Hispaniarum non compræhendi in suspensione Indulgentiarum occasione Anni Jubilei 1625.

URBANUS PAPA OCTAVUS.

Ad futuram rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, Indulgentiarum, & gratiarum concessiones, quæ ad adjuvandam contra immanissimos Turcas expeditionem a Sede Apostolica facta sunt, a generali Indulgentiarum suspensione excipere, ne circa eas aliquibus dubitandi occasio præbeatur.

§. 1. Cum itaque, postquam dudum fecerit Pius Papa V. Prædecessor noster omnibus in Hispaniarum Regnis, & Insulis illis adiacentibus, ac etiam Sardinia consisten, qui fidei catholice zelo adducti infra certum expressum tempus ad exercitum tunc clara memoria Philippi Secundi Hispaniarum Regis Catholici contra Turcas comparatum contra illos pugnaturi, aut aliud genus servitii gratuito facturi suis sumptibus accessissent, & ibidem usque ad finem expeditionis ejus anni permanissent, aut de bonis sibi a Deo collatis expeditionem prædictam adjuvassent, plures Indulgentias, ac peccatorum remissiones, & relaxationes vivis, & defunctis, aliasque spirituales concessiones, necnon privilegia, facultates, & Indulta, vel quovis alio nomine nuncupat. gratias concessit.

§. 2. Ac re: mem: Gregorius Papa XIII. etiam Prædecessor noster tempus in dicti Pii Prædecessoris Literis præfixum prorogando, concessiones, privilegia, facultates, Indulta, & gratias hujusmodi nonnullis aliis additis, declaratis, & immutatis, ad Indiarum Maris Oceani, & Regni Siciliae ultra

Dat. 19. Martii 1603.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exordium.

Pius Papa V. Indulgentias Cruciatæ nuncupatas concessit.

Quas Gregorius XIII. prorogavit.

Cum vero Urbani Octaviani Jubilaei omnes suspendere in indulgentiis;

Pharum, etiam aliquot forsan aliorum Regnorum, & locorum personas, quae dicti Philippi Regis imperio essent subiectae; extendit, ac deinde diversi Romani Pontifices etiam nostri Praedecessores, & Nos etiam illas prorogavimus, extendimus, & ampliamus, prout in diversis Literis Apostolicis, etiam in forma Brevis desuper expeditis, plenius continetur.

§.3. Novissime occasione celebrationis Sanctissimi Jubilaei proximo futuro anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto universo Populo Christiano indicti, aliorum Romanorum Pontificum morem ea in re sequuti, de apostolica potestate plenitudine omnes, & quascumque Indulgentias etiam plenarias, & ad instar Jubilaei, necnon facultates, concessionem, & Indulta quaecumque a Nobis, & dicta Sede, ejusque auctoritate quibuscumque Ecclesiis, & Monasteriis utriusque sexus, ac Conventibus, Domibus, Congregationibus, Hospitalibus, & piis locis, necnon Ordinibus etiam Mendicantium, ac Militiarum, necnon Confraternitatibus, & Universitatibus, earumque, & aliis cujuscumque dignitatis, gradus, & conditionis personis Ecclesiasticis, & secularibus per universum orbem constitutis, etiam per modum communicationis, extensionis, & alias quomodocumque perpetuo, vel ad tempus quibuscumque modis, & ex quibuscumque causis concessa cum irritantis adjectione decreti, & aliis efficacissimis clausulis in illis appositis suspendimus. Interdicentes ne ulla alia quam praedicta a Nobis in dicti Jubilaei Indulgentiae interim sive publicae, sive privatae ubique locorum, ac gentium publicarentur, praedicarentur, vel nunciarentur, secus autem facientes excommunicationis sententiam eo ipso incurrent, & ab Ordinariis locorum pro cujuscumque arbitrio punirentur, & alias, prout in Literis Apostolicis sub Plumbo expeditis latius explicatur.

Indulgentias Cruciate sub hujusmodi suspensione non comprehendit declarat.

§.4. Nos, quibus praecipue curanda sunt ea, quae ad fidem catholicam tuendam, & adjuvante Domino aliquando propagandam pertinent, quique, eo animo, eaque voluntate nunquam fuimus, ut Indulgentiae, facultates, concessionem, & Indulta quaecumque intuitu expeditionis in Turcas, ac Cruciate hujusmodi impedirentur, aut revocarentur, ac dictarum Literarum omnium seriem, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis, & insertis habentes, auctoritate praesentium declaramus, suspensionem eandem ad Indulgentias, facultates, concessionem, & Indulta quaecumque occasione dictae expeditionis, & Cruciate in Hispaniarum Regnis, & aliis Dominicis, & locis Charissimo in Christo filio nostro Philippo IV. Hispaniarum Regi Catholico subiectis, ut praefertur, concessa non extendi, eaque omnia, & singula sub dicta suspensione minime comprehendit, ac propterea Commissario Generali, & aliis ab eo deputatis, & pro tempore deputandis omnia, & singula sibi per dictas Literas demandata facere, exequi, ac plenarie executioni deman-

mandari; Praedicatoribus vero juxta tamen eandem Praedecessorum, & nostras literas deputatis, & deputandis Indulgentias, & alias gratias, concessionem, & Indulta praedicta juxta ipsarum Literarum tenorem, & illarum Summarium in dictis Regnis, Dominicis, & locis promulgare, denuntiare, & praedicare absque aliquo conscientiae scrupulo, sententiarumque, censurarum, vel poenarum incurfu, ut prius, antequam eadem suspensionis Litera a Nobis emanasset, licere.

§.5. Ita quod desuper per quoscumque etiam locorum Ordinarios molestari, perturbari, aut impediti nequeant: Sicque per quoscumque Judices ordinaria, & delegata auctoritate fungentes, ac Causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, in quacumque instantia, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere, necnon irritum, & inane, quidquid secus per eosdem, & quoscumque alios scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque omnibus, quae tam dicti Praedecessores, quam Nos in concessione Indulgentiarum, & aliorum privilegiorum ad favorem dictae expeditionis concessorum volumus non obviare.

§.7. Ut autem declaratio nostra hujusmodi, quoties opus fuerit, innotescat, volumus harum literarum exempla etiam impressa manu Notarii publici subscripta, ac persona in dignitate ecclesiastica constituta sigillo obfirmata, ubique gentium, & locorum, eandem fidem facere, quae praesentes facerent, si exhiberentur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Septembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Clausula.

Derogatio contrationum

Exemplis data fides.

Dat. die 24. Septembris 1624. An. II.

LXXIX.

Deputatio Francisci Ubaldi Sac. Rotae Auditoris in Praesidentem, & Judicem Probationum Equitum Religionis Militiae Christianae.

Erexit hic Pontifex Militiam istam in sua Const. XXXVI. Imperforabilis ut supra fol. 191.

Dilecto filio Magistro Francisco Ubaldo Cappellano nostro, & Causarum Palatii Apostolici Auditori.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum Nos nuper supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuae, ac Caroli Nivernien. Ducum, necnon Adolphi Comitis de Al-

Recenseo etiam nuper a se Militiam Christianam.

Nunc Ubaldui Judicem Probationum ab ad iudicandis faciendam deputat.

Derogat obstantibus.

Dat. die 26. Septembris 1624. An. II.

than. Nobis humiliter porrectis inclinati, unam militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculate sub certo modo, & forma tunc expressis Apostolica auctoritate erexerimus, & instituerimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Idcirco, ut eorum, qui habitum per dictam Militiam Fratres Milites gestari solitum suscipere, & professionem per eosdem emitti consuetam, expresse emittere voluerint, regulares nobilitatis, & aliorum requisitorum probationes recte, & juxta ejusdem Militiae Statuta Apostolica auctoritate confirmata fiant, quantum cum Domino possumus providere volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, doctrina, rerumque experientia plurimum in Domino confisi, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, Te in Praesidentem, seu Judicem probationum praedictarum cum omnibus, & singulis honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis solitis, & consuetis ad nostrum beneplacitum tenore praesentium facimus, constituimus, & deputamus, tibi que, ut probationes praedictas sufficientes, vel non sufficientes juxta ejusdem Militiae Statuta, seu stabilita eadem auctoritate confirmata decernere, & declarare in actis Notarii, per te eligendi, & nominandi, alia que omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna facere dicere, gerere, & exequi libere, & licite possis, & valeas, auctoritate, & tenore praedictis plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 26. Septembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

LXXX.

Revocatio concessionum diversorum Officiorum, ac Privilegiorum, Exemptionum, Gratiarum, & Indultorum, in Praedictis Sedis, & Camerae Apostolicae emanatarum.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procinium.

SUPERNI benignitas conditoris, cujus admirabili providentia, cuncta reguntur, cum nullis nostris suffragantibus meritis Nos ad sublime evererit apostolica dignitatis fastigium, universam Reipublicae curam ad ipsius Dei laudem amplectentes, ad hoc inter alia nostra pastoralis vigilantiae studium duximus adhibendum, ut officia tam Romanae Curiae, quam illa ad Sedem Apostolicam pertinentia a probatis viris exercerentur, ac illa personis idoneis, modoque debito conferantur: Camera Apostolica, quam, ob varias superiorum temporum causas, magno aere alieno conflato, & ejus arario exhausto, in maximas reddituum, & pecuniarum angustias incidisse, comperimus, ab aere alieno, ac angustiis hujusmodi, quantum in Nobis est, sublevatur, frumentorum, & aliarum rerum ad communem vitae usum pertinentium copia in hac Urbe nostra, & reliquo Statu Ecclesiastico conservetur, & vigeat: ejusdem Sedis auctoritas, & Romanae Curiae dignitas eluceat, ac per debite reformationis, & provisionis occursum, impedimentis quibuscumque sublatis, omnia prospere dirigantur, ac iustitia duce, quod suum est, unicuique tribuatur, felicique profectu virtus undique suscipiat incrementum.

§.1. Cum itaque inter caetera, quae mentem nostram non modice perturbarent, atque perturbant invenimus pleraque Sedis, & Camerae praedictarum officia, seu munera, praesertim administrationem habentia, & quae amovibilia sunt, & esse debent, tam in Urbe, quam extra eam, contra eorum naturam, & consuetudinem, per ambitionem, & importunitatem (ut credimus) impetrantium ad vitam, & non solum unius, verum plurium etiam personarum, concessa fuisse, necnon super illis, & aliis etiam Romanae Curiae praedictae officiis, etiam perpetuas coadjutorias, cum futura coadjutorum successione, factas, & constitutas esse: quo fit, ut eadem officia, quae antea personis benemeritis, & idoneis, ac doctrina, prudentia, & consilio praeditis, experientiaeque, & etate maturis concessa sunt, interdum ad personas minus idoneas, coadjutoriarum nomine, deveniant, in Sedis, & Curiae hujusmodi dignitatis diminutionem, & ipsorum officiorum detrimentum.

§.2. Et licet plerique Romani Pontifices Praedecessores nostri, & novissime, scilicet Paulus Papa Quintus ad indemnitati Camerae praedictae, nec non Communitatum, & Universitatum Status Ecclesiastici opportune consulendum, ac etiam ad ubertatem Annuae, & Graeciae in Urbe, Statuque praedictis conservandam, & augendam, plures Constitutiones ediderint.

§.3. Et inter alia idem Paulus Praedecessor per binas suas in forma Brevis editas Constitutiones, in una videlicet omnes, & quascumque immunitates, & exemptiones a solutione Gabellarum, Ditionum, Impositionum, & aliorum onerum Camerae quorumcumque, & quae etiam per Communitates, & Universitates pro eorumdem onerum Camerae solutione, & publicorum munerum supportatione indicta, & imposita, ac exigi solita erant.

§.4. Necnon assignationes, & provisiones super Camerae praedictae redditibus, & juribus, poenarum quoque maleficiorum applicari.

Refertur praedictum Camerae Apostolicae illatum a perpetuitate officiorum, & coadjutoris

Vide Pii V. Const. LXIII. Rom. tit. 14. P. 2. l. 594.

Licet autem pro Status Ecclesiastici conservatione, plures edicta sint Constitutiones;

Paulus V. exemptiones quaslibet ab oneribus Camerae solvendis concessit.

Aliaque assignationes

Datum Romae die, &c. Praescribitur vero numerus Sacerdotum..., Clericorum..., Novitiorum..., Conventorum... autem.

*N. Visitationis, & Reformationis Apostolicae Secr.*

*Aliud Decretum super forma recipiendi Novitios Regularium ad habitum, & professionem.*

Sancitissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Clemens divina providentia Papa Octavus, qui alias pro regularis disciplina restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad Regularem habitum Novitios imposterum reciperent, receptosve ad professionem admitterent, quousque in aliquibus ejusvis Ordinis Monasteriis, seu Conventibus, in quibus Novitiatu pro recipiendis, & educandis Novitiis designarentur, & approbarentur, ad ejus quam professi sunt, regula praescriptum, vitam, moresque restituerent, & componerent, certior deinde factus, quosdam omnium fere Ordinum Conventus, seu Monasteria ad pristinam illam regularem vivendi formam, & disciplinam, quam diutius desideraverat, fuisse redacta, in eisdem Monasteriis, & Conventibus, ut Novitiatu erigi, & Novitii recipi possent, (sub certis tamen legibus, ac ea praesertim, ut licentia a Congregatione Reformationis Apostolicae prius obtemperata esset) concessit, & ad illa designavit, & approbavit. Nunc volens, ut ea quae pro Novitiorum receptione, de mandato Sanctitatis Suae praescripta fuerunt, imposterum accuratius, & exactius observentur, ultra formam traditam in Constitutionibus felicis Sixti Papae V., & etiam Sanctitatis Suae super receptione Novitiorum, decrevit, ac praesentis Decreti virtute mandat, ne in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios recipiendos de Sanctitatis Suae, seu dicte Congregationis Reformationis licentia haecenus designandis, & approbandis.

Novitii ad habitum recipi nullatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel a propriis locorum Ordinariis, aut ab illis, in quorum dioecesi Novitiatu existunt, in quibus Novitii recipiendi fuerint, expresse, & nominatim Novitii ipsi recipiendi approbati fuerint, & ut recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus etiam quoad scripturam concedendam) obtulerint. Monet autem Sanctitas Suae eosdem Ordinarios, omnem curam, & diligentiam adhibere, ut circa aetatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, ceterasque qualitates in ipsis Novitiis requisitas, observentur institutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factae, & publicatae, neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant. Ordinarios ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbaverint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & juxta con-

stitutiones praedictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus poenis omnibus contra Superiores quorumcumque Ordinum, qui in admittendis ad habitum, & professionem Novitii, formam constitutionum, & institutionum praedictarum non servaverint, aut Novitium aliquem quantumvis idoneum, & approbatum, in quovis alio Conventu, & loco, seu Monasterio, praeterquam in haecenus a Sua Sanctitate, vel a dicte Congregatione designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis praescriptum, seu praescribendum receperint, vel admiserint, seu alias praemissis quovis modo contrafecerint, Irritum ex nunc, & inane decernens quicquid fecerint, vel alias quavis auctoritate a quovis gestum, vel attentatum fuerint. Non obstantibus quibuscumque, &c.

Datum Romae apud S. Petrum, die 10. Maii 1602. Pont. ejusdem S. D. N. Anno II.

*Dat. die 10 Maii 1602. An.II.*

*Aliud de institutionibus super receptione, & educatione Novitiorum Religiosorum in Monasteriis, & Conventibus designatis, vel designandis Clementis ejusdem jussu editum.*

Um ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit, ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam praeceptorum Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse compertum sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an vere esset ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi inserviendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis. Idecirco, ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, & in eorum institutione, atque educatione, necnon in magistri, & aliorum ministrorum electione, praeter alia, quae in sacris Canonibus, ac Decretis praesertim Conc. Trid. Pontificiis, & cujuscumque Ordinis, aut Instituti constitutionibus continentur, tam in eis alias designatis, quam nunc, & imposterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conventibus, haec quae sequuntur, inviolate observari, & exequi perpetuo curent.

Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita antea, ac praecipue eorum, qui sextum decimum aetatis suae annum excedent, ac criminosi, an aere alieno gravati, vel reddende alicujus administrationis rationi obnoxii sint, juxta formam Constitutionis felicis Sixti V., & Moderationum subsequentium. Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, & Conventibus, ex Apo-

Apostolica facultate Novitiatu fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus imposterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & condiciones a sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus praescriptas non habeat, juxta Decretum super forma recipiendi Novitios die 19. Maii 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea sit grata constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinationes requirunt; eam vero Literarum scientiam calleat, aut illius addiscenda spem indubiam praeserferat, ut minores, & suis temporibus, majores Ordines juxta decreta Sacri Conc. Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens, ad habitum regularem admitti postulerit, & talis eruditionis incipere inventus fuerit, in Conventorum tantum, quibus Literarum scientia non est necessaria, numerum referatur: ipsi autem Conventus non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, & nisi saltem praecipua Doctrina Christiana capta noverint.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, & ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animo ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Provideant quoque, ut omnes etiam Conventus recipiant, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & aliis cujusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quatumdam Religionum moris est nedum Conversos ad professionem admittendos, verum, & Oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem unaquaque Religio suas peculiarias Constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in locum Novitiatu introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius antea vitae conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod vero ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatu spectat: locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventus, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commode sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperiat.

In eo etiam, praeter alias communes commoditates, aptus locus adspiruales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri aut Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

diendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant. Oratorium insuper, seu Cappella, si commode fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, praesertim in caeremoniis, Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus adsit, si minus hortum ceteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsi vero Novitii ibi commorantibus, curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eundem quisquam alius ingrediat.

Ad hujusmodi locum Novitiatu nemini ejusdem, vel alterius Ordinis, Regulari, etiam Conventus, & Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis praetextu aditus pateat, praeterquam Magistro, ejusque socio, ac etiam Monasterii, aut Conventus Superiori, si quodcumque ingrediendum sibi necessario existimaverit: quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conventus, & Monasterii Patribus socium assumat.

Hujus loci clausurae clavis apud Magistrum semper asservetur, illique soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro praesente, & non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro socius, si propter Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quae ad Novitiatu regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat, eleganturque tam Magister, quam socius per provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatu, concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum, & socii hujusmodi in his novis locis per Generalem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Definitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu, fieri permittatur: idemque servetur, si intra triennium, alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in ejus, vel quorum locum, alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quae Novitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigessimum aetatis suae anno constitutus, & per decennium a professione emissis in Religione perstiterit. Socius vero trigessimum annum excedat, sintque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitae etiam antea exemplo praestantes, orationis praeterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine assiduitate graves, zelum Dei cum mansuetudine praeferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ab ira praesertim, & indignatione, quae in se, & erga alios charitatem

Indulta quoque bona certis personis in feudandi

Frumenta, aliisque huiusmodi generis blada extrahendi, adportandi &c.

Jaruarum, Notariatuum, seu Bancharum civilium, & criminalium, Secretariatuum, & illarum emolumentorum, aliorumque jurium, & honorum stabiliu Camera, & Communitatum predictarum cujvis qualitatis, & quantitatis gratias, concessiones, & alienationes quascumque in prejudicium earundem Camera, & Communitatum.

§.14. Necnon indulta de bonis stabilibus, & juribus ejusdem Camera in civitate nostra, & districtu Ferrariensi, seu alibi consistentibus, certis personis tantum in feudandis, per pia memoria Gregorii Papae XV. etiam praedecessorem nostrum concessa.

§.15. Ac omnia, & singula privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, olivas, & alia quaecumque tam Annonam, quam Grasciam concernentia, etiam in propriis eorum praediis, & possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, tam ad effectum extra Statum Ecclesiasticum, quam etiam ad loca mediate, vel immediate Sedi Apostolicae subjecta, praeterquam ad Urbem praedictam asportandi, etiam tempore Annonae difficultatis, & pro usu proprio, vel ad effectum in eorum, vel alienis quibusvis molendinis molendi, sive terra, sive mari, vel per aquam dulcem ex quibuscumque Status nostri Ecclesiastici temporalis Provinciis, & etiam a dicta Urbe, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque territoriis, & districtibus, Nobis, & dictae Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subjectis extrahendi, aut illa ultra usum contra tamen formam Constitutionum, & Ordinationum Apostolicarum, & bannimentorum desuper editorum, & edendorum emendi, ac ut dicitur, etiam incettandi, per quoscumque Praedecessores nostros, ac Nos, & Sedem praedictam etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium, & Cameram praedictam, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros, quibusvis etiam Avenionensi, Ferrariensi, Beneventan., & aliis etiam speciali nota dignis Civitatibus, & illarum Regiminibus, Communitatibus, & Universitatibus, necnon familiis, & nobilibus, Principibus, Ducibus, & Marchionibus, Baronibus, Domicellis, & quibusvis aliis personis quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus, aliaque tam seculari, quam ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, etiam pro se, & filiis, eorumque haeredibus, & descendentiis, necnon familiaribus, & infervientibus, colonis etiam partiaris, laboratoribus, & affectuariis, ac pro eorum Civitatibus, Terris, Castris, Villis, Casalibus, Praediis, Vineis, & aliis bonis stabilibus, fructibus, juribus, & actionibus perpetuo, vel ad tempus, ac in toto, vel pro parte, & etiam causa tempororum, seu nudinarum etiam publica-

rum, aut alias, & ex quavis causa, etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis urgentissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam in appaltuum, seu locationum instrumentis provisum, & cautum sit, illas observari debere, Appaltatoresque, & Conductores ad illarum observationem teneri, ac illas quomodocumque, & qualitercumque haecenus in genere, vel in specie, tam ante, quam post ejusdem Pauli V., & aliorum Praedecessorum praedictorum, & quodcumque datas, factas, seu confirmatas, restitutas, reintegratas, aut alias concessas, & inde etiam auctoritate Judicis, sequuta quaecumque, etiam perpetuo, ac Motu, scientia, & potestate similibus revocamus, & abrogamus.

§.16. Necnon similis memoria Pauli III., & Julii etiam III., Pii V., Sixti V. praedictorum, ac Clementis III. similiter Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, & quae incipit: *In maximis rerum difficultatibus*, per praedictum Paulum V. Praedecessorem sub Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1605. Pontificatus sui Anno I. editas Constitutiones exemptionum, immunitatum, concessionum, & gratiarum praedictarum revocatorias, ac rec. memoria Pii IV. super revocatione simillium licentiarum, & facultatum extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Provinciis, Terris, & locis, dictae Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subjectis quibusvis concessarum, ac prohibitione, ne a dictis Provinciis, Civitatibus, Terris, locis, frumenta, blada, & legumina praedicta quicumque extraherent, ac dicti Pii V. per quam, revocationem, & prohibitionem ejusdem Pii Papae IV. ad licentias, facultates quodcumque generis Grasciae, etiam in carnibus, ovibus, agnis, & aliis animalibus, necnon oleo, ac rebus aliis quibuscumque consistentis extendit, & ampliavit, & Gregorii XIII. pariter Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, per quam omnibus, & singulis Communitatibus, Universitatibus, quibuscumque personis inhibuit, ne quovis praetextu directe, vel indirecte cujvis generis frumenta, blada, legumina, atque animalia quaecumque extra Statum Ecclesiasticum extrahere, & asportare auderent, seu praesumerent, & ejusdem Gregorii XIII. sub Datum die prima Maii 1578. sub Pontificatus Anno sexto, per quam quod nulli, sibi, & Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subjecti, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existerent, etiam si Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini in temporalibus existerent, sub excommunicationis majoris, ac laesae majestatis criminis, dominiorum, & bonorum suorum confiscationis, feudorum amissionis, & quorumvis privilegiorum suspen-

Renovat praecedentes Pontifici hac super re Constitutio.

suspensionis, ac aliis etiam pecuniariis arbitrio suo imponendis, & applicandis, ac etiam in publicis edictis, & proclamantibus per Annonae Praefectis pro tempore tam eatenus editis, & emissis, quam in futurum edendis, & emittendis, contentis censuris, & poenis, triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges, a terris, & locis dicti Status Ecclesiastici absque expressa ipsius Gregorii praedecessoris, & ab eo obtenta in scriptis, & ejus manu signata licentia, extrahere, vel extrahi facere, nullique ex praedictis, eorum Subditos, & Vassallos, aut alias quascumque personas, quominus triticum, hordeum, legumina, frumenta, & fruges praedicta in quibusvis locis eis subjectis, quovis praetextu, etiam molitura, aut cujvis alterius oneris, vel solutionis ad Almam Urbem afferent prohibere, aut per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte impedire audeant: quin potius illis sic afferentibus omnem operam, & favorem praestarent: ac insuper nulli, quamlibet tritici, hordei, & leguminum, omnisque generis frumentorum, & frugum quantumtamen, nisi pro suo, suarumque familiarum unius Anni dumtaxat usu emere valerent, & contrafacientes poenas praedictas incurrisse declararentur, & aggravarentur ipso facto: non obstantibus etiam privilegiis, indultis, Literis, & gratiis Apostolicis quibusvis personis, Civitatibus, Terris, & locis in genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa concessis, statuit, atque decrevit, ac dicti Clementis per quam praedicta omnia, dempta ex illis excommunicationis poena, approbavit, & confirmavit: necnon ejusdem Pauli V. per quam omnes, & singulas Pii IV., Pii V., Gregorii XIII., & Clementis VIII., praedecessorum suorum Constitutiones, & Literas in quibuslibet earum partibus, quoad excommunicationis, & alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei extractionem innovavit, ac privilegia, licentias, & facultates extrahendi praedicta revocavit, ac frumenta, hordea, legumina, & alia Annonam, & Grasciam concernentia, sub excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis, & poenis temporalibus supra dictis extra Statum Ecclesiasticum extrahi prohibuit: ac aliam per quam ultimo dictam ipsius Constitutionem, innovationem, prohibitionem, & revocationem ad loca immediate Sedi Apostolicae subjecta extendit, & ampliavit in quibuslibet earum partibus, demptis tamen ex illis poena excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis, praeterquam in casibus, in quibus extra Statum nostrum Ecclesiasticum, vel ad loca Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum, quorum dominia in consuetibus dicti Status nostri Ecclesiastici existunt, extractio mercimonii causa fiet, Motu, scientia, & potestate paribus similiter perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus, illasque adversus quascumque revocationes, suspensiones, limi-

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

tationes, & moderationes in pristinum, & cum, in quo ante quam illa emanarent, erant statum, restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, illasque, & earum singulas, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, sub temporalibus poenis praedictis in illis contentis inviolabiliter de cetero observari debere.

§.17. Ac provisiones, assignationes, poenas malefactorum, emolumenta, impositiones, gabellas, vectigalia, & alias res, bona, & jura praedicta ex huiusmodi revocatione, prohibitione, & Constitutione, restituta eidem Camera, & respective Communitatibus praedictis, & non aliis, quibus forsitan illarum redditus, & proventus locati, & appaltati reperiuntur, sicut antequam exemptiones, concessiones, assignationes, & alia praedicta emanassent, aliter dispositum fuerit, omnino debere, ac ad illa omnia, & singula Cameram ipsam, necnon Communitates, & Universitates eo ipso, absque alia adepta, seu recuperata possessione restitutas, & reintegratas fore, & esse praecipimus, statuimus, & ordinamus.

§.18. Per praedicta autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de jure competentes, minisque immunitates, & exemptiones, ac extrahendi, & alias facultates, applicationes, & alia Thesauriaris, Appaltatoribus, & Conductoribus bonorum, introituum, & jurium Camerae nostrae ab ipsa Camera, seu aliis illius nomine in appaltatum, & locationum instrumentis, & illorum ratione concessa.

§.19. Et insuper a revocationibus omnibus, & singulis supra dictis excipimus, & exceptas esse volumus, & declaramus, immunitates, exemptiones, confirmationes, extensiones, prorogationes, facultates, privilegia, concessiones, & alienationes quibusvis Communitatibus, Universitatibus, & aliis quibuscumque data, facta, & respective concessa in vim contractus ex causa vere onerosa; videlicet congrua, & effectualis Camerae Apostolicae, vel ipsis Communitatibus legitime factae pecuniarum solutionis, vel ex aliis causis rationabilibus per Nos cognoscendis, & approbandis, & etiam declarandis: quas causas omnes onerosas, non nisi legitimas, ac licitas, & honestas, prout de jure, approbare intendimus: & propterea illa obtinentes, quicumque in eadem Camera, citato dilecto filio ipsius Camerae Commissario Generali illas verificare, in ipsaque Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiam si gratia, concessiones, privilegia, Literae, instrumenta, ceteraque praedicta alias in eadem Camera admittant, & in ea, suisque libris fuerint, & sint registrata, quatenus tam causa onerosae praedictae pro vere onerosis, & legitimis, ut supra, alias in eadem Camera verificata, ac approbata, & judicata non sint, quo casu ad indicationem tantum, non autem ad aliam verificationem eisdem obtinentes teneri volumus,

Revocatas huiusmodi assignationes Camerae Ap. & Communitatibus restituit.

Præservat exemptiones Ecclesiasticas, & Affiducias in instrumentis;

Vel Communitatibus ex causa tantum onerosa concessas.